









1739.

1. Mef., Baerens, de prævaricatione

1740

Hermannus, Baerens Christianus : De Secretis Pene  
rei Imperialis extrajudicitalibus.

1761.

Alef, Francanus : De dicta sine resignatione  
vel immunitatione

1771.

Müller, Iacobus Thaddeus : De legitima stemmatum  
genealogiarum uso et probacione

1772..

Schmid, Antonius : Missive ad varas responsiones  
a Iohannes Tebonio variis locis institutionum iuris eccl  
sicis . . . appositis..

1774.

Müller, Iacobus Thaddeus : De fine detractor

1775

1. Wedekind, Georgius Josephus: *De jure coronacionis  
prefessorum in pueris circa sacra.*

2. Wedekind, Georgius Josephus: *De non restinguenda  
superioritate territoriali*

1782.

1. Eberhard Coriolanus P. C. de: *De qualitate religiosis  
votorum in coniunctis*

2. Müller, Iacobus Thaddeus: *De concione pendali*

1786.

Programma de celeberrima quondam bibliothecae Heidel-  
borgeensi, quo solemnia legitimia sacra . . . usque  
. . . praeuentur orationem: *De documentis Rerum  
Iure portant librum aced. in hoc anno 1776 sed  
dennum A. 1786 esse celebrandam, 21o instant  
recte et similes acw. His folbergarum*

1793.

Zentros, Georg Fischerius. De differentiis grecorum et  
romani ac domini cosmique effectibus in regimine terrae  
horum.

vetus

idel.

que

bertius

D

L

17

1.

2

0.

178

1.8

2

0.

178

P,

60

June

Jen

200

1761 3

DISSERTATIO  
INAUGURALIS JURIDICA  
<sup>DE</sup>  
DISDICTA  
<sup>SIVE</sup>  
RESIGNATIONE  
<sup>VEL</sup>  
RENUNTIATIONE  
TAM A LOCATORE QUAM CONDUCTORE  
PRÆDII RUSTICI ANTE FINEM CONTRACTUS  
NECESSARIO FACIENDA :

VULGO

**Son Muffündigung der Leyhe;**  
OCCASIONE TEXTUS REFORMATIONIS FRANCOFURTENSIS  
§. VII. TIT. XIV. PART. II.

QUAM  
SUPREMI NUMINIS AUXILIO  
EX DECRETO ILLISTRIS JURIS CONSULTORUM ORDINIS  
IN PERARTIQUA UNIVERSITATE ELECTORALI HEIDELBERGENSI

PRÆSIDE  
**FRANCISCO ALEF**  
PRO LICENTIA  
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES OBTINENDI  
PUBLICE DISPUTATIONI SUBJICET  
IN AULA MAJORE NOVI WILHELMIANI  
**JOHANN JULIUS SPRENGER,**  
JUDICI, QUOD FRANCOFURTI AD MOENUM FLORET IMPERIALIS PROCURATOR  
ORDINARIUS

AUTHOR ET RESPONDENS  
DIE 20. Aug<sup>o</sup> 1761. H. L. Q. S.

Heidelbergæ, typis Joan. Jacobi Hæner, Typographi Aulico-Academicus

IV.  
7. 16.

DISSERTATIO  
INAUGURAFLISJURIDICA  
DISSERTATIO  
RESIGNATIONE

RESIGNATIONE  
MAT A LOCATORIE OWN CONDUCEGOLD  
IN CEDRI RICORDI ANT HINN CONTRACTUS  
INCESSANT LOREMIND

RESIGNATIONE  
OCCESSIONE TULLIUS DECEDERAT DECEDERAT  
EX ALIA TULLIUS DECEDERAT DECEDERAT

SUPERIU IN DUNNI ANNUO  
EX DECEDERATO TULLIUS DECEDERAT DECEDERAT

PRO TULLIU PRO TULLIU  
ERANICISCO ALFET

PRO TULLIU PRO TULLIU  
TULLIU DECEDERAT DECEDERAT DECEDERAT

TONINI TULLIUS SPURINGER  
TULLIU DECEDERAT DECEDERAT DECEDERAT

DISSERTATIO RESIGNATIONE  
1747 H.F.G.S.

HABETULLIU ALBE IUON IUOPU HABETULLIU TULLIU SPURINGER

INCLYTAE  
S. R. I. G. REIPUBLICAE MOENO-  
FRANCOFURTANAЕ

SENATUI  
SPLENDIDISSIMO,

VIRIS  
ILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS, STRENUIS,  
AC CONSULTISSIMIS,  
NEC NON NOBILISSIMIS

DOMINIS  
PRAETORI  
CONSULIBUS  
SCABINIS  
SYNDICIS  
SENATORIBUS

INTER EOSQUE, IIS,  
QUI DIGNITATE CONSILIARIORUM AUGUSTISSIMI  
CAESARIS ACTUALIUM  
CONSPICUI SUNT,

PATRIAE PATRIBUS PRUDENTISSIMIS,  
DOMINIS, MAECENATIBUS, AC PATRONIS  
SUIS  
DEVOTISSIMO OBSEQUIO COLENDIS,  
VITAM, SALUTEM  
ET  
OMNES, QUAE MORTALIBUS ACCIDERE  
POSSUNT, FELICITATES  
ADPRECATUR,  
SIMULQUE  
HANC  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM,  
QUALIS QUALIS SIT,  
SUBMISSA, QUA DECET, ANIMI DEVOTIONE  
SACRAS ESSE CUPIT  
DEVOTISSIMUS  
AUCTOR  
JOHANN JULIUS SPRENGER, PROC. ORD.



### §. I.

**Q**UOTIDIE prædia rustica his terris locantur & conducuntur, de quorum tamen resignatione sive renuntiatione, ab utraque parte, ante finem contractus necessario facienda, altum silentium in Jure romano ejusque commentariis JCtorum reperitur. Lex Patria quidem, rubro citata, de renuntiatione a solo conductore ante finem contractus facienda mentionem facit, quod autem juxta observantiam tantummodo de prædiis urbanis locum habet, & de prædiis rusticis correcta invenitur. Notandum porro, mihi hic de prædiis rusticis verba facere propositisse.

### §. II.

HUJUS materiæ haud exiguis usus in communi vita est. Periculum itaque faciam, an fieri possit, aliquid certi in medium proferre. Si forsan rem acu non terigi, persuasum habeas, rogo, aliam esse rem, ex aliorum scriniis magnæ molis dissertationem compilare, & aliam rem, pauca, eaque forsan non magni momenti, ex propria penu proferre. Nec ulli meliora sentienti invidebo. Mihi sufficit, non ex more collectanea conscripsisse.

### §. III.

ANTE omnia, quid mihi resignatione sive renuntiatione vocatur, indicandum est.

A

**R E S I G N A T I O N E M** sive renuntiationem necessitatem, vi cuius locator æque ac conductor prædii rustici, ante finem contractus, de re locata & conducta vel restituenda vel reddenda, ut moneat, tenetur, nominamus.

§. IV.

S U B verbis autem prædii rustici, & solum fundum sive agrum, & ædificia rustica cum fundo, intelligo, quod germanis proprie, *ein Gut*, vocatur.

§. V.

Q U O M itaque resignatio sive renuntiatio in necessitate consistat, consequens est, vel a lege, vel pacto, vel observantia, originem traxisse.

§. VI.

L E G I B U S civilibus nihil de hac materia sancitum invenimus. Videlicet igitur, anne per bonam Interpretationem & consequentiam aliquid, quod ad scopum meum pertinet, elici possit?

J U S C i v i l e § 10 ult. L. 13. T. loc. cond. ex Ulpiano sequentia profert:

„ Q U I impleto tempore conductionis remansit in conductione;  
 „ non solum reconduxit videbitur, sed etiam pignora videntur durare  
 „ re obligata. Sed hoc ita verum est, si non aliud pro eo in priore  
 „ conductione res obligaverat, hujus enim novus consensus erit necessarius.  
 „ Eadem causa erit, & si reipublica prædia locata fuerint.  
 „ Quod autem diximus taciturnitate utriusque partis colonum reconduxisse videri, ita accipiendum est, ut in ipso anno, quo tacuerunt,  
 „ videantur eandem locationem renovasse, non etiam in sequentibus  
 „ annis & si lustrum forte ab initio fuerat conductioni præstitutum, sed  
 „ & si secundo quoque anno post finitum lustrum nihil fuerit contrarium actum, eandem videri locationem in illo anno permanuisse,  
 „ hoc enim ipso, quo tacuerunt consensisse videntur. „

En verba legis: Hæc una cum commentatoribus de resignatione & renuntiatione ante finem locationis & conductionis facienda silet.

Impossibile autem est, si connexio totius §vi hujus legis rite ponderatur, Ulpianum, quum de taciturnitate utriusque partis medio §vi expres-

¶ ( 0 ) ¶

sis verbis: Quod autem diximus &c. loquatur, & tamen nihil in præmissis inveniatur, non etiam de resignatione & renuntiatione tam locatoris quam conductoris &c. antea locutum fuisse. Credendum ergo est, compilatorem Juris Civilis id, quod deest, omisssum.

§. VII.

VERUM quia Cardo rei, verbis: taciturnitate utriusque partis &c. posita est, inquirendum, quænam præmissa, omissa sunt.

§. VIII.

VERBIS: utriusque partis, nihil aliud quam locator & conductor comprehendendi potest. Id quod ex natura hujus contractus prono alveo fluit. Jam verbum. Taciturnitas, considerandum venit.

§. IX.

DE multisaria significatione verbi, tacere, haud sollicitus sum, sed aliis relinquo. Quid autem sub verbo, Taciturnitas, hic intelligendum, nostrarum nunc est partium paucis explicare.

~~TACITURNITAS~~ TACITURNITAS opponitur loquela. Hinc de muto, qui caret voce, nullo modo dici potest, quod taceat, licet signis mentem suam taliter qualiter exprimere consuetus sit. Contra homo, usu rationis & vocis prædictus voluntatem suam verbis aut factis non declarans, tacere dicitur. Verba voluntaria spectanda est, quæ autem ex eo, quod verba ipsa indicant, cognoscitur. Alciatus de verb. signif. Lib. I. ab init. Idem de factis dicendum est. Conferatur infra §. XX. in fine. Qui itaque a summo Numine & ratione & voce donatus est, & rationem sive causam aut verbis aut factis, cur hoc vel illud sic & non aliter ab altero faciendum est, non reddit, is hac patientia & taciturnitate voluntatem suam & juxta regulam Juris: qui tacet, consentit, consensum declarans videtur. Sub taciturnitate igitur voluntas & consensus hoc loco intelligendum est.

§. X.

CUM autem Ulpianus lege allegata de taciturnitate utriusque partis loquatur, huic autem loquela sive verba sive facta opposita sint, non minus

A 2

voluntas & consensus subintelligatur: Consequens est, ambos aliquid loqui aut facere potuisse vel debuisse, quod tamen intermisserunt, & Ulpianus, quid locator & conductor ante finem contractus aut loqui aut facere debuit, huic legi præmisit, quæ tamen a compilatore Juris civilis omisla, hinc supplenda sunt.

### §. XI.

**A LIA** adhuc ratio, cur Ulpianus dictæ legi plura sed omissa necessario præmisit, exinde colligi potest. Ab initio svi legis solummodo de conductorre neutiquam autem locatore verba fecit, & hæc verba initialia explicare, incepit: Quod autem diximus taciturnitate utriusque partis &c. quum tamen nihil de taciturnitate & nihil de locatore sed una tantum parte, nempe conductore locutus sit.

### §. XII.

**P O S I T O** casu res clarior evadit. Titius Mevio prædium rusticum aut pro certa mercede, quovis anno duobus Terminis solvenda, aut tempore Martini certam summam fructuum porrigendi, per 3. vel 6. annos locat, & Mevius vel penultimo pensionem solvit vel ultimo Martini summam fructuum misit, nec Titius Mevio de prædio locato restituendo, nec Mevius Titio de conductorre reddendo verba fecit, ubi conclusio valet, Titius cum Mevio ratione usus prædii & solutionis exactæ, Mevius etiam cum prædio & locatore Titio valde contentus erat, ergo ambo tacuerunt. Hic probe notandum venit, omnes solutiones in prædiis rusticis regulariter ante finem, unius cujasque anni contractus, quod fiant, secundum observantiam requiri.

**C O N T R A** si Titius cum Mevio & Mevius cum Titio non fuisset contentus, hic illi, ante finem contractus, tempore solutionis factæ, Tu resigna prædium ex hac vel illa causa, ille huic reddam prædium ob has vel illas rationes fine contradictione dixisset. Si itaque Titius locator, ut prædium a Mevio conductorre restitueretur, desideraret, is necessario conductori vel factis vel verbis resignare debet, alias Mevius conductor mentem sive voluntatem Titii locatoris haud intelligere potuit. Et vice versa. To resignare sive renuntiare necessitatem apud Romanos fuisse & hoc ratione legis niti, quis dubitat? Posita taciturnitate utriusque partis, idem est ac si Ulpianus dixisset, resignatio sive renuntiatio utriusque partis ante finem contractus facienda, aut ex hac patientia & taciturnitate relocatio concludenda &c.

## §. XIII.

DIXI, quod ante finem contractus resignatio facienda sit. Id quod mes judicio aliter fieri nequit. Expediti ~~in~~ Juris est, in fine completi contractus, terminum resignare pro homine L. 12. C. de contrah. Stipul. Ergo in finem termini, quod praedium restituatur, resignatione opus non erit. Hinc ante finem ex ~~l~~ <sup>re</sup> §vo. anteced. allegata ratione fieri, ut debuerit, necesse fuit. Plura proferre supersedeo. Dissertationem enim non tractatum conscribere, temporis ratio permittit.

## §. XIV.

JAM ad leges Patrias me converto. Ibi P. II. Tit. XIV. §. 7. sic dictæ reformationis sequentia leguntur :

„ §. 7. Wäre aber der Beständter bedacht, das bestandtene Gut „ zu verlassen, und nicht länger zu gebrauchen, so soll er solches dem „ Verlegher aufs wenigst einen Monat lang vor dem Ziel anzeigen, „ und das bestandtene Gut auffagen, damit derselb sich auch darnach „ zu richten, und nach einem andern Zinsmann umzuthun wisse. „

HAEC ex moribus & consuetudinibus germanicis sive speculo suevico deprompta esse, quis non videt?

DOLENDUM autem est, Daum Compilatorem Juris nostri Patrii famigeratissimum illum JCTum Fichardum præsertim, quum illis temporibus, quibus floruit, & mores & consuetudines Germaniaæ adhuc in recenti memoria fuerint, hos & illas sine causa correxisse. Illum tamen ex hac ratione ignorantia legum Germaniaæ haud arguere, nec ullam aliam rationem hujus metamorphoseos quam nimium studium & amorem erga Jus romanum indicare possum.

## §. XV.

GERMANOS in hac regione, quia in vicariatu Rhenensi jacet, speculo Suevico & suis consuetudinibus usos fuisse, extra omne dubium positum. Hoc ex aurea Bulla Cap. V. §. 1. innotefecit. Si speculum Suevicum evolvitur Cap. 244. 245. 246. 249. de rerum mobilium, & Cap. 330. 331. 332. 338. immobilium locatione conductione nec non capite 334. 339. & 401. de resignatione a locatore & conductore ante finem contractus facienda tra-

etatur. Quia tantum de resignatione, ab utraque parte declaranda, verba facere proposui, cæteris omissis, ad hanc me converto.

VERBA autem Capitis 339. haec sunt:

„ Will ein Herr seinen Zinsmann von seinem Gut weisen, der zu dem Gut nicht gebohren ist, das soll er ihm fand thun zu Eichtmeß, dasselbe soll auch der Mann thun, ob er das Gut lassen will. „

FERE eadem verba in Speculo Saxonico Lib. II. Art. 59. leguntur ita sonantia:

„ Will ein Herr seinen Zinsmann aus dem Gut weisen, der zu dem Gut nicht gebohren ist, sondern es gemiethet hat, das soll er ihm verkünden zu Eichtmeß: Dasselb soll auch der Mann thun, ob er das Gut verlassen will. „

### §. XVI.

OPERAЕ pretium erit haec verba legis sive consuetudinis germanicæ accuratius inspicere & cum LL. patriis comparare. Lex germanica dicit.

„ Will ein Herr seinen Zinsmann von dem Gut weisen, hoc est: Si locator conductorem ex prædio rustico expellere velit.

VERBUM Gut regulariter germanis his regionibus Prædium rusticum sive solum fundum sive ædificia rustica cum fundo denotat, licet etiam de domo, horto, vinea & agro hortulano promiscue & abusive usurpetur. Imo distinctio inter prædium rusticum & urbanum etiam germanis hanc ignota erat. Hinc ratio Dni autoris annotationum ad hunc locum reformationis, scil. Dnos LLatores differentiam inter prædium urbanum & rusticum, eam ob causam, ut plebi & Jus ignorantii aliquid certi sanctiatur, sustulisse, mihi non arridet: Alias enim Compilator & LL. Francofurtensum & Solmensum ab initio hujus Tit. XIV. reformationis nostræ, quod Jus romanum hoc loco observaretur, claris verbis non posuisset, adde §. XIX. &c. Si solus usus consideratur, quam maxima differentia inter prædium rusticum & urbanum elucescit, ex quo non idem Jus nascitur.

INCONGRUE etiam Jus Wurtenbergense &c. quod de solis prædiis urbanis, &c. loquitur, allegatur, & obscuritas Legis i 3. ff. loc. cond. quæ tamen de resignatione &c. sicut, ventilatur. Et si Dnus Autor annotationum LL. germanicas aliaque Jura provincialia in vicariatu Rhenensi seculo XV. & XVI. emanata evolvisset, non tam multa verba pro nihilo fecisset.

PORRO sequitur:

Der zu dem Gut nicht gehören ist;

Incomparabilis expressio. Id est conductor qui non ex colono perpetuo sive Emphyteuta natus est, sed ad certum tempus prædium conduxit.

TANDEM adest:

Das soll er ihm künd thun:

hoc est: Id momere debet: Idem est ac si dictum esset, resignare debet.

JAM sequitur tempus: zu Lichtmeß. Id est: Initio mensis Februarii. Pauca hic de Tempore dicenda. Tempus, quo prædia rustica his terris restituenda sunt, est Cathedra Petri, sub finem dicti mensis posita, unus itaque mensis existit, quo locator conductori, & viceversa, hac lege germanica, ante finem contractus resignare debet. Hoc autem tempus quo prædiis rusticum restituitur vel redditur consuetudine nostra perantiquum est. Dantur quidem soli agri rustici sed per pauci in pago urbis, Bornheim, dico, siti, quorum locatio & conductio die Martini finitur. In comitatu Camelinibocensi superiori die Nativitatis Xti, & in terris Brunswicensibus die sancti Johannis Baptiste annus locationis & conductionis vulgo Pfacht-Jahr incipit & finitur. Hæc differentia exinde, quod turba famularis rustica, iis in locis, servitia eo tempore mutat, nascitur.

VERBA ultima: Dasselbe soll auch der Mann thun, so er das Gut lassen will. Id est: hoc etiam conductori faciendum, si prædium rusticum reddere velit.

### §. XVII.

COMPARATIO hujus legis germanicæ cum lege patria supra §. 14. inserta nunc instituenda est.

J U X T A illam & locatori & conductori To resignare & renuntiare incumbit: hac autem soli conductori servato eodem spatio mensis illud jubetur. Cur autem Lex Patria ex lege germanica sive consuetudine & observantia, quæ adhuc viget, tantum hæc, quæ ad conductorem neutquam autem illa, quæ ad locatorem pertinent, recinuit, nullam aliam rationem, quam dictum amorem, omnino reprehendendum, erga Jus romanum reddere possim, ad quem adhuc pruritus Jus reformandi eo seculo usitatus referendus est.

### §. XVIII.

LEGE itaque patria ex Jure & consuetudine germanica renuntiatio a conductori locatori ante finem contractus facienda, de qua Lex romana tacet, sanctum est. Hinc Dominus compilator LL. Ffurentium minus recte ab initio hujus Tit. XIV. P. II. verba: Da wollen wir, daß es damit auch vermög der kayserschen Recht soll gehalten werden, nemlich ic. posuit; cum tamen LL. germanicas romanis intermischuerit, & hac mixtura & correctione autem Jus incertum introduxerit. Addenda igitur supra §. X. memorata, quæ negligentia compilatoris juris civilis omissa sunt, & tunc concordabit scriptura.

### §. XIX.

Ex pacto locatorem & conductorem ad rem locatam & conductam intra certum tempus resignandam & renuntiandam obligari, non opus est verbis. Hodie nis temporibus vix aliqua locatio & conductio prædii rustici sine scriptura celebratur, & contrahentes expresse paciscuntur, ut Syngraphæ resignatio ab utraque parte intra 6. ad minimum 3. menses ante finem contractus facienda, inseratur. Id quod Dictus Dnus Autor annotationum ad Jus patrium in specie ad hunc locum in verbis:

Es pflegen auch die Verlegher und Beständter gemeiniglich in den Mieth-Contract zu setzen, daß einer dem andern vor Endigung der Leyhe ein halb oder viertel Jahr aussagen solte.

confirmat. Beatus Klozius in Differentiis Juris civilis & patrii ad hunc titulum & §vum, seculo elapo Francofurti An. 1682. editis, enarrat: moribus hodiernis etiam locator conductorum, si eum expellere velit, de re conducta ante Terminum monere tenetur. Addit tamen incongrue: ni fallor. Quod idem est ac si nihil dixisset.

### §. XX.

JUXTA consuetudinem denique, quod ad prædia rustica tam Reipublicæ quam Privatorum attinet, sive resignatio & renuntiatio stipulata sive non est, regulariter 6. mensibus ante finem contractus ex parte locatoris, quod nova locatio facienda sit, publicatur, & Termino tum præfixo plus offerenti locatur. Antiquissimis sicuti hodiernis temporibus talis publicatio affigendo literas, novam locationem hujus vel illius prædii rustici notificantes, & quidem ad Portas vel Domus Publicas Urbis aliisque locis consuetis fiebat.

HUC accedit publicatio per Schedulam, qua omnia vendenda, locanda, &c. notificantur, vulgo Frag und Anzeigs-Blättgen, sive Nachrichten dictum, facta, & ter repetita. Hæc Schedula bis per Heptomadem in urbe distribuitur. Non solum autem huic schedulae locationes prædiorum rusticorum Reipublicæ & civium, sed etiam Principum, Comitum, Nobilium, aliorumque privatorum vicinorum 6. mensibus ante finem Termini inferuntur. Probationis causa 3. casus in fine dissertationis sub No. 1. 2. & 3. adjuncti sunt. Novellæ vulgo Zeitung huc etiam referenda sunt. His enim quovis anno tales publicationes quoque leguntur, præsertim autem iis, quæ nostra in urbe divulgantur.

Ex his facilis negotio colligi potest, Beatum Klezium loc cit. recte dixisse, etiam locatorum moribus hodiernis, ut conductorem ante Terminum moneat &c. obligatum esse.

QUAE cum ita sint, & haec actiones ad facta pertineant, his factis sicuti verbis resignationem fieri posse, quis negabit? Imo facta verbis ad voluntatem sive animum declarandum fortiora esse. Riminaldus Conf. 164. N. 46. testatur.

## §. XXI.

LEX Romana licet resignationem expressis verbis non sanciverit, bona tamen interpretatione & consequentia resignationem ab utraque parte faciendam non ignorasse, quantum potui supra indicavi. Lex Germana claris verbis resignationem & a locatoro & a conductore faciendam demandat: Lex Patria resignationem sive renuntiationem a solo conductore fieri juberet.

B

UNIVERSITÄT  
SACHSEN-ANHALT

Observantia tandem (pacta enim huc non pertinent) & consuetudine per antiqua germanica ante finem contractus, & quidem spatio 6. mensium, nova locatio istiusmodi prædii, tam Reipublicæ, quam privati, publicatur. Hæc publicatio autem loco resignationis habenda. Ex his sequitur, & Jure Romano, & Germanico, & patrio, ex consuetudine, resignatio a locatore, æque ac renuntiatio a conductore, ante finem contractus, necessario ut fiat, quis est, qui contradicat?

### §. XXII.

IDEM ratione sufficiente non destitutur. Locatori enim plus quam conductori interest, ut sit certus, quis sit, qui anno subsequenti pensiones vel redditus, ex quibus vivendum est, exsolvat? Omnibus etiam non convenit, præsternim prædia rustica, ubi Instrumenta rustica, pecora, & alia ad oeconomiam artem exercendam necessaria a conductore emenda, ordinarie desunt, non conveniente tempore conducere.

### §. XXIII.

JAM pauca de tempore, quo resignatio sive renuntiatio necessario facienda est, proferre liber. Juxta consuetudinem, quæ loco legis est, nullo tempore in contractu expresso, spatio 6. mensium a locatoro verbis aut factis resignandum est, quo facto conductor renuntiare non opus habet. Etsi forsitan locator nec verbis nec factis resignaverit, conductor autem interstit, in re conducta manere, quis male interpretari potest, si cum locatoro taceat. Verum in casu, quo conductor re conducta non amplius vult uti, tunc ipse etiam obligatur, id locatori tacenti eodem tempore ante Terminum notificare. Conditio enim locatoris haud deterior, quam conductoris sive renuntiare. Ratio est in promptu. Spatium 6. mensium ex summa ratione naturali a locatoribus prædiorum magnorum rusticorum observantia introductum est, ne conductor exinde, si illi tempus ad vendendum pecora & alia mobilia deest, &c. damnum sine ejus culpa sentiat. Sic etiam ex parte conductoris locatorum hoc casu indemnem evadere, eadem ratio & æquitas suadet. Locatori enim quam maximum damnum exinde infligitur si ipsi nullum vel breve tempus ad idoneum conductorem eligendum relinquitur, hinc, si illi idem spatium 6. mensium condonatur, sat temporis habet, rem suam agendi. Adde rationes hæc antecedenti prolatas. Tempus autem lege patia præfixum admodum breve est, quare consuetudine & observantia non sine

magna ratione 6. menses introducti sunt. Quod autem ad prædia urbana attinget, unus mensis ad resignandum sufficit &c. & adhuc hodie observatur. Huc locatio conductio pasturæ oviariae, quæ regulariter die Michaelis finitur & 3. Mensibus ante Terminum resignatur, referri potest, id quod Nunquam 4. in fine dissertationis adpositus, testatur.

### §. XXIV.

HAEC sunt amicissime Lector, quæ de resignatione & renuntiatione tam a locatore ad rem locatam restituendam conductori, quam ab hoc illi necessario facienda differere placuit. Jam de Effectu factæ aut intermissa resignationis aliquid addere extra scopum meum est, quod tamen in aliud tempus, si Deus vitam otium & vires concederit, differo. Duxi.

## C O R O L L A R I A.

LEGES germaniaæ æque ac Jus civile Romanum pro Jure communij habendum.

NON enim, qui ad mores Germaniaæ, sed qui ad Jus romanum provocat intentionem suam probare debet.

SPECULUM Suévicum nulla lege Imperii abrogatum.

CONSUETU'DINES Superioris Germaniaæ in Speculo Suevico literis consignatae sunt.

NOTITIA M Rerum Oeconomicarum Juris Consultus admodum necesse habet,

FUNDAMENTA Processus Imperialis in academiis docere & discere, maximam studiois Juris utilitatem afferit.

LEX est periculosa, quæ arbitrio Judicis aliquid relinquit.

CLAUSULA sententia aus bewegenden Ursachen perniciossima est.

FORUM privilegatum Parochorum protestantium ad actiones personales, in quibus partes reorum sustinent, restringendum est.

MULTI gradum Licentia pro forma & fuso geruut.

No. 1.

## Extract Nachrichten de Auno 1753.

No. LIV. Freytag den 29 Junii.

Nachdeme nächst kommende Wehnachten der Verleyh über das Riesische Gut zu grossen Gerau zu Ende gehet ic.

No. 2.

No. LXIX. den 20 August 1745.

Nachdeme bey Ebbi. Armen-Hauß Amt den 4. Octobr. Nachmittags um 2. Uhr s. Huben und 29. <sup>da</sup> theil der Ruthen Landes in allhiesiger Terminen gelegen, an den Meistbietenden anderweit verlehnt, und ausgebothen werden sollen ic.

No. 3.

No. LV. den 3. Julii 1759.

Da bey Ebbi. Ackergericht auf künftigen Montag den 9. dieses Morsgends 9. Uhr nachstehende Acker auf 6. oder 9. Jahre an den Meistbietenden verliehen werden sollen; als ic.

No. 4.

No. L. Freytag den 19. Junii 1750.

Demnach bey allhiesiger Rentkammer nachbenannte Herrschaftliche Schäfferehen, deren bisherige Beständtnüsse auf nächst künftigen Michaelis tag dieses Jahres zu Ende gehen, hinwiederum auf eine gewisse Anzahl Jahre in einem anderweiten Bestand gegeben werden sollen, als ic. Hanau den 15. Junii 1750.

Sachsenfürstl. Hessen Hanauische Rentkammer  
daselbst.






Heidelberg, Diss., 1739/93

X 230 9054



Farbkarte #13



DISSE<sup>1761</sup>TATIO  
INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
DI S D I C T A  
RESIGNATIONE<sup>SIVE</sup>  
VEL  
RENUNTIATIONE  
TAM A LOCATORE QUAM CONDUCTORE  
PRÆDII RUSTICI ANTE FINEM CONTRACTUS  
NECESSARIO FACIENDA :

VULGO  
*Von Wufflung der Leyhe;*  
OCCASIONE TEXTUS REFORMATIONIS FRANCOFURTENSIS  
§. VII. TIT. XIV. PART. II.

QUAM  
SUPREMI NUMINIS AUXILIO  
EX DECRETO ILLISTRIS JURIS CONSULTORUM ORDINIS  
IN PERARTIQUA UNIVERSITATE ELECTORALI HEIDELBERGENSI  
P R Ä S I D E  
FRANCISCO ALEF  
PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES OBTINENDI  
P U B L I C E D I S P U T A T I O N I S U B F I C I E T  
IN AULA MAJORE NOVI WILHELMIANI  
JOHANN JULIUS SPRENGER,  
JUDICII, QUOD FRANCOFURTI AD MOENUM FLORET IMPERIALIS PROCURATOR

ORDINARIUS

A U T H O R E T R E S P O N D E N S  
DIE 20. aug<sup>o</sup> 1761. H. L. Q. S.

Heidelbergæ, typis Joan. Jacobi Häner, Typographi Aulico-Academici

7. 16.